burnis Iurabus sibi modo quocunque super eadem bona servientibus Consensit praedictamque Inscriptionem Venditionis in toto approbat confirmat et ratificat praesenti sua personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Kulczycki Kulczyckiemu Adscriptio et Obligat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemysliensibus Nobilis Fedor Smotarka Kulczycki sanus mente et corpore existens a Terris Dicibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus modo praesenti ad Iurisdictionem Castrensem Capitaneal. Praemysliensem quo ad actum hunc attinet sese personis ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac perexpresse recognovit Quia ipse Nobili Paulo Smotarka Kulczycki Fratri suo patrueli eiusque posteris summam Viginti florenorum polon. certi veri iusti et liquidi debiti tenetur atque debet Quam quidem summam suprascriptam Viginti florenorum polon. ad summam Octuaginta florenorum polon. per se Recognoscendo praedicto Fratri suo coram Actis praesentibus modo obligationis facto et recognito ac in bonis suis propriis nempe na Łazkach Predzie ßłyt Łoki y Ostery wßerß od miedze stryiecznego brata Kudrki do drugiego rodzonego stryiecznego brata Pawła Smotarki Kulczyckiego a wzdłuß do granice Radłowskiej iako sama w sobie iest in bonis villae Kulczyce Terrae praesentis Praemysliensis inscripto et assecurato adscribit adiungit et associat in utraque copulat Ipsamque inscriptionem priorem originalem per praesentem Adscriptitiam praesentem vero Adscriptitiam per illam priorem in omnibus earum punctis clausulis articulis vadys ligamentis ac nexibus generaliter Universis approbat confirmat et ratificat illamque priorem ad praesentem refert ac summam praefatam Originalem

cum praesenti Adscriptitia et praesens Adscriptitium cum originali simul coniungit ita ut
summa praefata simul iuncta efficiat unam indivisamque summam Centum florenorum polonicalium
In ea itaque summa simul iuncta Centum florenorum polonicalium Bona praenominata sua propria
et haereditaria superius recensita cum omni praeistorum iure dominio proprietate
ac quavis competentia et praerogativa tituloque obligationis cumque omnibus et singulis eo-
rundem bonorum suprascriptorum utilitatibus fructibus proventibus reditibus commodis emo-
lumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter universis Nihil ex praemissis iuris do-
minij proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque successoribus
aut quopiam alio reservando seu excipiendo Verum prout praefata bona ipsemet Recognos-
cens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem serviebant Iam ex nunc
et de facto praefato Nobili Paulo Sviotanka Kulczycki fratri suo patrueli germa-
no eiusque posteris hinc et ab actu praesenti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post
triennium proxime tunc venturum incidens et in defectu pro tunc bonorum praefatorum exemptionis
summaeque praefatae simul iunctae totalis et integrae persolutionis ex tunc ad aliud simile fe-
stum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post triennium proxime tunc venturum incidens et
sic consequenter de festo ad festum Triennio ad triennium tempus et triennijs sese continue
et immediate sequentibus usque ad exemptionem bonorum suprascriptorum summaeque praefatae simul
iunctae totalem et integram realem persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit
prout praesens obligat inscribit et invadiat In quae quidem bona summa praefata simul-
iuncta onerata superius expressa praesens obligata iam ex nunc et de facto idem Recognos-
cens Nobilis Fedor Kulczycki praefato Nobili Paulo Kulczycki eiusque posteris coram officio praesenti
dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem
quemcumque competentem et Nobiles duos die quacumque voluerit officiose acceptandam Per ipsam
obligationem suum et eius posteros hoc eadem bona praesens obligata cum suis utilitatibus
emolumentis et usufructibus tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi

et ad usus suos suorumq[ue] successorum quorum beneplacitu libere et effectualiter convertendi
modo ac titulo obligatario. Debetq[ue] et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos suc-
cessores in et super bonis suis generaliter omnibus summaq[ue] pecuniaria quibusvis nunc habitis et in
post habendis praefato Donatario suo inscribit et obligat praefatum ipsum et eius successores in
dictis bonis praefatis obligatis summaq[ue] praefata simul iuncta oneratis et ratione eorundem
ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunq[ue] personarum cuiuscunq[ue] conditionis
status et sexus existentium in omni Iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit tueri
defendere evincere intercedere et eliberare indemnemq[ue] eum posteris reddere Nec non bona
praefata praefatis obligata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus
super eadem bona praefata obligata modo quovis factis et faciendis tum etiam a quibusvis Litibus
in eadem bona importatis et importandis Lucris denique et pertinentiis processibusq[ue] suis quibusvis
in quocunq[ue] puncto et gradu suis dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis
et obtinendis ac super praefatis bonis praefatis obligatis perductis et perducendis evindicare et
eliberare mundaq[ue] et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti
admissam in fundo bonorum praefatorum praefatis obligatorum dum per Ministerialem competentem et Nobiliter
officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere et effectualiter
dare et admittere dataq[ue] et admissa eadem possessionem et usum fructum permissorum quovismo-
do tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire
nec adimere ipsumq[ue] obligatarium suum in praefatis bonis praefatis obligatis nullo modo minuiri
Ita ut eadem bona praefata obligata summaq[ue] praefata simul iuncta onerata idem obligatarius
cum posteris quiete et pacifice praefatae Inscriptionis Adscriptitiae et originalis obligatariae ri-
gore usq[ue] ad exemptionem eorundem bonorum summa suprascripta simul iuncta oneratorum
nec non summae eiusdem simul iunctim realem integram et indivisam persolutionem tenere
et possidere queat et possit Idq[ue] sub vadio tanti simul iunctim Centum florenorum polon.
per eundem Recognoscentem sive eius posteros praefato obligatario eiusq[ue] posteris ob non

Completionem

completao inscriptorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opportunuerit ad solvendam succumbens pro quo quidem vadio eodem ipso ad solvendum obnubilitatur ac re aliqua piuli ex praescriptis non completa complend. litterarum exius intratis Recognoscens Nobilis Fedor Kaliczki sive eius successores ad instantiam suprascripti Nobilis Pauli Kaliczki obligatur sui aut ipsius posterorum Ad officium praesens Castrensem Capitaneale Premisliensem extunc recessu supra scripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo actoris termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praestare luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos seu per peremptos dicta in firmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad nuncientia ad evictionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos Terminos officij praesentis Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Apellationes ac earum prosecutionem faciendo ac praemissa omnia praedicta simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Conventione aliisque omnibus iuris remediis et defensis non sub ter fugiendo nec quovis modo evadendo Hac praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Korczynski Korczynskiemu Dnt

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Nobilis Wasko Korczynski sanus mente et corpore exiens a Terrestri dictis Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus modo praesenti Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac personaliter ipse recognovit Quia ipse bona sua propria nempe Zagon iedem na wszystkich